

o m t

ut se diligeret. hunc in bonis sic se amaret. Et si sic se sic proximum  
aspiceret. se in malis sic proximum iudicaret. Debenus ergo nosmet  
ipsos sollicite sic alios uiderere. nosque ipsos ut dictum est ante  
nos ponere. ut pennata animalia incessanter imitantes. sciamus  
quod agimus. coram facie nostra semper ambulamus. Peruersi autem sic paulo  
ante iam diximus. coram facie sua non ambulat. quia quae agunt nunquam  
considerant. Ad interitum tendunt prauis actibus. et exultant.

sat.

De quibus scriptum est. Qui letantur cum malefecerint. et exultant  
in rebus pessimis. Sepe uisus est qui eos respicit defleat. si ipsi  
freneticorum more plangunt. et rident. Alii indigentibus de  
rebus propriis multa largiuntur. sed cum occasionis tempus inuenerint.  
indigentes opprimunt. eosque quibus ualuerint rapinis deuastant.

de Raptoribus.

Ponunt ante cogitationis suae oculos bona quae faciunt. et non  
ponunt pessima quae committunt. Hi uidelicet coram facie sua non  
ambulant. quia si sibi metipsis praesentes essent. cuncta subtiliter quae  
agunt uiderent. quatenus bona opera malis actibus prodant agnosce-  
rent. sic scriptum est. Et quae mercedes congregauit. misit eas in sacculum  
peritum. De perituo quippe sacculo aliunde exit quod aliunde mit-  
titur. quia indiscrete mercedem quae ex bono opere acquiritur. non aspi-  
ciunt quomodo ex malo opere prodatur. Alii castitatem corporis ser-  
uat. sed quae uigilant circumspicit. ne quod foris reprehensibile amittat.  
suis essent est. aliena non diripit. sed tamen in corde odium for-  
tasse contra proximum seruat. et cum scriptum sit. quod ita fratrem suum.

e sap.

de odium in corde  
retinentes.

homicida est. considerat quam sit mundus foris in opere. et non ppen-  
dit quam sit crudelis in mente. Quod iste nisi sibi met absentem est.  
quoniam in cordis sui tenebris ambulat. et ignorat. Alii iam aliena

loh.

de letis regredientes.